tis, per maledictionem hujus & benedictionem alterius, fundamenta creationis novæ continentem:
14. præcipuum eſt *Executio*, per CREATIONEM NOVAM cœli ac terræ,
15. Quæ diverſis *gradibus ac periodis* porrò novis inſtituta, in diverſis GENERATIONIB⁹, diverſis œconomiæ VIIS ac variationibus perficitur.
16. *Primùm* enim eſt liber Tholedoth ſive *generationum* ADAM ante & poſt diluvium, ſine jugo legis & rituum externorum.
17. Secundò, *generationes* ABRAHAM & Iſaac cum lege, ante & poſt exitum ex Ægypto.
18. Deniq; *liber generationis* JESU CHRISTI, quomodo *Matthæus* Euangelium ſuum, ad imitationem verborum Moſis *Gen. 2. 4. c. 5. 1.* ſine dubio, inſcriptum voluit.
19. CHRISTUS enim licèt jam *fuit in principio*, ſecundùm *Euang. Iohannis*,
 quan-